vt hic in ver. ſi uerò & ipſam, &c. quod intelligit Iac. de Bel. de
captiuis, ſ. proximis, & conſanguineis, non aũt de oĩbus, argu.
l. mutus. §. manente. ff de iu. do. ff. ſol. mat. l quamuis. & idẽ te-
3 net Pet. de Bel. in auth. ꝯ cum rogatus. C. ad Treb † Op. ad ver. ſi
verò ꝯtigerit quartam, &c. dĩ, ꝙ datur in rẽ actio ꝯ emptores,
vel poſſeſſores bonorum, quę debeant reſtitui. ꝯ, ff. ad Treb. l. ſa
cta. in prin. & l. reſtituta. in prin. eo. ti. vbi patet, ꝙ nõ tranſit do
miniũ, hẽditate non reſtituta. dicit gl. ſuper ver. & res, hic daĩ
vtilis rei vendicatio. nec eſt neceſſaria reſtõ, immo plus, q̃a nec
pt fieri reſtõ in alienatis. vides ergo ex hac gl. ꝙ in alienatione
nõ eſt neceſſaria reſtõ, immo non facta reſtõne, tranſit dñium
in fideicom. item no. in auth. ꝯ cum rogatus. §. res. & l. fi. C. cõ-
4 mu. de leg. & l. pe. C. ad Treb. † Sc̃do op. & vr, ꝙ iſte, qui eſt roga
tus reſtituere, qcquid ſupereſt tpe mortis ipſius, nõ debeat pſta
re cautionem de reſtituendo, ut l. iubemus. C. ad Treb. gl. q̃ eſt,
C. ad Treb. auth. ꝯ cũ rogatus & Doct. ibi dicunt, ꝙ illa lex loq-
tur, q̃do frater eſt rogatus reſtituere fratri, vel patri, filio, vel ne
poti, quo caſu nõ eſt interponẽda cautio, niſi expreſſe teſtõr di
xerit, vt in d. l. iubemus. ſed q̃n alijs eſt reſtituenda debet ĩterpo
ni, vt hic. Mihi vr̃, quod iſta ſolutio ſit ꝯ caſum. §. ſi verò ꝯtige-
rit quartã, &c in ver. vnde cautionẽ, ꝯiuncto §. hæc igitur. & in
prin. huius cõſt. In qb. expreſſe dr̃, ꝙ ſi frater eſt rogatꝰ reſtitue
re fratri, habet locũ cautio, niſi a teſtõre ſit remiſſa; quare puta
rem ſic dicendũ. Qñq; quis eſt rogatus reſtituere ſimplr̃, & tũc
ſtr dẽt cautio de reſtituẽdo interponi, niſi a teſtõre ſit remiſſa,
vt l. cũ ipſis. & l. Archimedoram. C. vt in poſ. leg. & l. hac ſtip. ff.
vt leg. no. cauea. Fallit ĩ caſu dictę l. iubemus. C. ad Treb. Qñq; ẽ
rogatus reſtituere, qcquid ſupererit de hẽditate, tpe mortis ip-
ſius hæredis, & tũc etiam ſi frater ſit rogatus, debet cautio ĩter
5 poni, vt hoc §. & hęc mihi veritas vr̃. † Quæro, p qua dote licèt
minuere de quarta glo. quæ eſt in d. auth. contra eũ rogatus. di
cit ꝙ pro dote reſtituenda, vel exigẽda. vel ſoluẽda a grauata p-
ſona, vt ibi no. hic habes gl. no. ꝙ licèt diminuere p dote cõſti-
tuẽda, vel ſoluẽda pro filia, & nepte. ita dicit gl. ſuper ver. dare.
6 in ver. ſi verò & ipſam quartã, quam tene menti. † Secũdo po-
ne, ꝙ hęres eſt rogatus ſimpliciter reſtituere hẽditatẽ, nũqd iſto
caſu poterit diminuere pro dote, vel pro donatione ꝯſtituẽda,
vel exigẽda a grauata pſona pro filio, vel filia. Doc. in auth. res,
q̃. C. commu. de leg. vĩr velle, ꝙ ſic, pro quib. eſt glo. in l a filia.
7 ff ad Trebel. † Sed pone, ꝙ pro dote, vel donatione eſt alienatũ
de quarta, quæ debet reſtitui: poſtea eſt ſolutũ matrimoniũ, &
dos recuperata, nũquid redeat in cauſam fideicõmiſſ. vt debeat
poſtea reſtitui? gl. hic ſup d. ver. dare dicit, ꝙ non, ſiue hæres ro
gatus fuerit ſimpliciter, ſiue qcqnid ſupererit, &c. quã glo. hic
approbat Iac. de Bel. & vide, qđ no. Doct. in d. auth. res quæ. C.
8 cõmu. de le. † Quærit glo. ſuper ver. excepimus. in ver. ſi verò et
an captiuorũ. &c. dr̃, ꝙ pp redemptionem captiuorum eſt per-
miſſum alienare de quarta, nũqd de iſta quarta poterit dari ec-
cleſiæ, vel alienari, & tenet, ꝙ nõ, & ipſam approbat Iac. de Bel.
9 † Quæro, nũquid rogatus ſimpliciter reſtituere, hæreditatẽ, po-
terit ppter alimenta diminuere, vel pro dote exigenda, vel cõ-
ſtituẽda? dic, vt no per gl. ĩ. de reſti. & ea, quæ parit. §. quamob-
10 rem. collat. 3. † Vltimo no. glo. ſuper ver. faciat. in ver. ſi verò
contigerit, neque ipſum, &c. quæ dicit, ꝙ iſte rogatus de reſti-
tuendo quicquid ſuperfuerit, poteſt diminuere de hæreditate
propter alimenta filiorum ſuorum, & ſobolis, & ſic de alijs.

De priuilegijs dotis, mulieribus hæreticis non præſtandis. Rub.

1 *Hæretici dicuntur omnes, qui ſunt extra fidem, & non ſunt membrum Sanctæ Eccleſiæ.*
Item qui non percipiunt ſacramenta communionis. nu. 5.
2 *Hæretici non poſſunt habere officia inter Chriſtianos.*
3 *Mulier in donatione propter nuptias, licèt habeat tacitam hypothecam, non tamen habet priuilegium. ſicut habet in dote.*
4 *Vir pro donatione propter nuptias, quòd non habeat tacitam hypothecam in bonis vxoris.*
6 *Mulier pro rebus paraphernalibus habet tacitam hypothecam in bonis, non tamen priuilegiatam, ſicut in dote. & nu. 7.*

VNam nobis Hæretici appellantur, qui non
ſunt membrũ eccleſiæ ſanctæ,
& catholicæ, & qui ſanctam communionem in ſan
cta, & catholica eccleſia a ſacerdotib. non recipiũt, et
priuilegia catholicis tãtũmodo ꝯcedũtur, nõ hęreticis, niſi fue
1 rint reuerſi h. d. † No. in prin. huiꝰ ꝯſtit. ꝙ oẽs, q̃ ſunt extra fidẽ
Chriſtianã, & non ſunt membrum ſanctæ, & catholicæ eccle-
ſiæ, ſunt hęretici. concor. ſunt in glo. Circa ꝙ vide qđ no. ĩ l. 2.
2 C. de hær. † nec pñt eſſe in aliquo publico officio, vel eccleſia in
ter Chriſtianos, vt hic in prin. nec pñt eẽ ĩ aliqua dignitate, vt
3 C. de Iudæ. l. fi. Tertio no. ꝙ † hæretici dicunĩ illi, qui non perci
a piunt ſacramẽta, & communiones, [a] & ſi ſunt mulieres nõ cõ-
ceduntur priuilegia dotalia, vt hic in §. quia. n. &c. Quarto not. in
4 ver. q̃a. n. ꝙ † q̃libet mulier catholica licèt habeat in dote tacitã
hypothecã priuilegiatã, vt alijs pferatur, tñ in donõne pp nupt.
licet hẽat tacitã hypo. non tñ hẽt priuilegiatam. idem habui-
ſtis. ĩ. de æqua. do. § his ꝯñs. & ĩ l. fi. §. fi. C. qui po. in pig. hab. Sed
quæro hic de vna qõne: vos videtis hic, ꝙ mulier in don. ppter
nup. habet tacitã hypoth. ſed non priuilegiatam, vt pręferatur
5 alijs creditorib. ſed † nunqd vir pro iſta donatione hẽat tacitã
hypothecam in bonis vxoris? dic ꝙ non, cum non repeiatur l.
cautũ, vt no. Doct. in l. fin. in 4. oppo. C. qui pot. in pigno. habe.
Sed

ADDITIO.

a Et communiones. Sed quid de eo infirmo, qui petijt communionem, & hoſtiam non conſecratam, an dicatur hæreticus, vide Fel. in c. ad abolendam in prin. de hære. Item quid de eo, qui celebrat hoſtia non conſecrata, aut inducat dæmones ad ſciendum futura, vel præterita, vel ad tenendum mulieres, vel ad euitandum grandinem, vide per eum in rub. de hær. post prin. ver. item ſcias, & quid de eo, qui dubitat in fide. vide per eundem in c. 1. de hær. in prin.

6 Sed quæro.† nunqd mulier pro rebus paraphernalibus datis vi
ro habeat in bonis viri tacitam hypothecam priuilegiatam, ſi-
cut habet pro dote. vel an habeat tacitā hypothecam tantū:tex.
7 eſt in l.ſi.C.de pact.conuen.quod ſic.† Sed quæro,an habeat hy
pothecam priuilegiatam.& dico,ꝙ non.de hac tangunt vnum
verbum Doct. in l.vbi.C.de iu.dot.in 3.opp.hoc tenet Inn. in c.
ex literis.extra,de priuile.

Hæc conſtitutio innouat conſtitutionem, quapræſc. centum annorum, &c. *Rub.*

QVod medicamenta. Cōtra eccleſiam in caſibus, in qb. ꝯ ꝓ eluarū currit pſc. 30.an. ſola quadragenaria currit pſcriptio, vſuc.triennij,& quadriennij pſcrip.in ſuo robore durātibus:his in futuris caſib.obtinentib. & in pēdētib. ſtdū ſnia,vł trāſactione finitis.h.d.et iſtā ꝯſt.declara vt plene dixi ꝫ vt eccła Romana gaudeat ſpatio cētū annorū pſcriptione.

De litigioſis,& decima parte litis. *Rub.*

Iſſetit.habet tres partes. Primo ponit de litigioſis. Secundo ponit,& cōſulit reo q̄ actorē in pſtatione cautionis de lite pſequēda, & finiēda in decima parte q̄titatis in libello cōprehēſæ, ſi apparuerit iniuſte litē mouiſſe.Tertio cōſulit reo ꝯ actorē in actione,ſeu lite proſequenda, & ſnia obtinenda ēt li.non ꝯteſt. Secunda ibi,in §.ad excludendas.Tertia ibi,in §.omnem verò.

1 *Vtile dominium,& quaſi dominium,quod idem ſint.*
2 *Actio quando fiat litigioſa,& tam pro re,quàm pro iure perſonali, vel iure incorporali.*
3 *Res,an efficiatur litigioſa,quando agitur actione perſonali ſicut ipſa actio.*
4 *Si agitur actione confeſſoria,vel negatoria,vel hypothecaria,an habeat locum conſtitutio,vbi quòd ſic,quantum ad ipſam actionem,non quantum ad rem.*
5 *Actiones mixtæ,quando efficiantur litigioſæ.*
6 *Libellus,an requiratur ad hoc,vt res efficiatur litigioſa, vel ſufficiat ſimplex conuentio.*
7 *Legatarius quòd poſſit aſſiſtere liti exercendæ,ne colludatur, quando res litigioſa legatur.*
8 *Legatarius compellit hæredem ad agendum,pro re ſibi legata.*
9 *Actio,quòd detur alicui contra alium ad agendum, contra aliquem.*
10 *Alienans rem obligatam cauſa mutādi iudicij,ꝙ teneatur actione in factum.*

MVlta quidem. Litigioſa res, de cuius dominio diſceptaē aut per iudicialem conuentionem, aut per preces Principi oblatas,
a & aduerſario legitimè cognitas,alienari prohibeē, [a] pœna ꝑ antiquam ꝯſtōnem ꝯfacientibus imminente: litigante aūt defuncto eius rei litigioſę inter heredes diuiſio fieri pōt.liē talis res pōt a teſtatore legari,& legatario ꝑmittiē liti adeſſe.liē res a debitore obligata per litem ſuper hypotheca inteātatā, nō efficitur litigioſa,nec eius alienatio prohibeē: creditori tñ ꝯſulitur.h.d.vſq;ad §.ad excludēdas.vide ergo ꝙ res litigioſa dī,de
5 cuius dñio controuerſia ſit inter poſſeſſorem,& reū.† Sed quæro,qd ſi controuerſia ſit de vtili dominio,vel quaſi dñio, an eſt idē gl.quæ eſt in auth.litigioſa.C.eo.tenet,ꝙ ſic,& idē tenet Iac. de Bel.hic.Ita etiā no.per Azo.in ſum.C.eod §.1.facit etiā quod no.C.eo.l.2.& quod no.glo.11.q.1.c.qa res.Secundo quæro, vides,ꝙ res efficitur litigioſa,quando cōtenditur de dominio, vł
2 quaſi per ſimplicē iudicialem conuentionem.† Sed quæro, an ipſa actio efficitur litigioſa? Doc.in d.auth.litigioſa. circa finē, vīr velle ꝙ actio realis nō fiat litigioſa ante li. ꝯteſt. Imo poſſit cedi,licèt res nō poſſit vendi. Cōtra hāc opi.Doc.vř caſus,C. de liti.l.2.Intelligendo l.illā eſt in actione reali, vt dicit prima opi. poſita ibi in gl. 2.ꝯiuncta ēt pe.gl.illius l.ſuper verbo, pendente, dū dicit,lite conteſt. vel nō. & tamen illa lex ſm prædictā opi. loquitur,ſiue cedatur ipſa actio realis,ſiue ipſa res,in aliū transferatur,& hanc opi.tenet gl.extra,vt li.pend.c.eccleſia Sanctæ Mariæ.in gl.pdicta Gl.no.hic ſup ver.poſſidentem.innuit,ꝙ hodie actio nullo modo efficiaē litigioſa, de quo ꝭ.dicā. Tertio q̄ro, an iſta ꝯſtitutio habeat locū in incorporalib. dicit Pla. ꝙ ſic in actione pſonali, quod gl.ſuper d.verbo,poſſidētē,dicit verum eſſe de iure antiquo,ſed hodie contra per hanc ꝯſtit. Idē ꝙ hic no. Azo in ſum.C.e.§.itē quod dicit inter petitorem,& ēt in fi. tit.,Per hoc dicit gl.ſuper d.verbo,poſſidentē,ꝙ nō ob.l.1.& 2. C.ne liceat po.&c.vbi dř,ꝙ ſi actio ceditur potentiori,ꝙ amittitur.qa ibi loquiē in actione, & ſic in re incorporali , quo caſu ceſſat hæc ꝯſtō. & ſic habes ī hac gl.ꝙ vbi tractamus de actione pſonali,vel reali,vel aliquo iure incorporali,nō hēt locū hæc ꝯſtitutio,nec efficitur ipſa actio litigioſa:ſed tu dic ꝙ quantū ad actionē realē eſt tenēdū,ꝙ ſ. dixi.ſed in actione pſonali dic, ꝙ ipſa actio efficiē litigioſa ſolū ꝑ litē cōteſtatā.& nō ante, d.l.2.& fi.in princ.C.de liti.nec hodie illa iura ſunt ī mutata ꝑ iſtā ꝯſtit. & iſtā opi.tenet gl.in d.l.2.hoc ēt tenēt Doct. in auth. litigioſa. i fi.& ad l.1.& 2.C.ne lic po.tūdc, vt no.gl.& Doct.in d.l.1. Quæro,vides,ꝙ actio perſonalis per li.cōteſt.efficiē litigioſa.ſed q̄ro
3 † nūqd vbi agitur actione pſonali efficiatur litigioſa ipſa res, ſicut ipſa actio? Doct.ī d.auth.litigioſa,in fi videntur velle, ꝙ nō. in ꝯtrariū videtur l.vltima,in prin C.de liti.dum dicit , vel res quas poſſidet,&c.nec diſtinguitur ibi,an agatur actione pſonali,vel reali,circa hoc vide,quod no.glo.in l.1.§.Iul.ſup verbo,
4 iudiciū,de aqua pluuia arcē.† Sed quęro,pone , quod ago contra te actione reali,nec principaliter tractaē de dominio,ſed de alio iure principaliter,puta de cōfeſſoria,vel negatoria:vel pone,ꝙ ago hypoth.vtrū habeat locum hæc conſtitutio.glo. quæ eſt C. de lit.auth.litigioſa,vldeē diſtinguere inter ſeruitutes reales,& perſonales.gl.no.hic ſuper d.ver.poſſidentē. videtur velle,ꝙ vbi tractamus de iure incorporali,non habet locū hæc cōſtitutio,nec vitiū litigioſi. Tu verò dic,aut quæris vtrū ipſa res efficiaē litigioſa.dico ꝙ non, vt ꝭ.eo.§.ad hoc.etiam li.conteſt. & licèt ibi loquatur in hypoth.tantum,tamen idem eſt vbi agitur negatoria,& ꝯfeſſoria pro iuribus īcorporalibus,arg.dicti. § ad hoc.aut quæris vtrū fiat litigioſa ipſa actio confeſſoria, & negatoria,& hypoth.& dic,quod ſic,ſed demū li conteſt.& nō ante,arg.l.2.& l.fi.in princ.C.eo.quæ īdiſtincte dicūt,quod quacunq; actione agatur,ipſa actio efficitur litigioſa per li. conte. Circa pdicta tamen,videlicet,an iſta conſtitutio habeat locum in iurib.incorporalibus,vide c.cū veniſſent,extra, de in integ.
5 reſtit.& c.ex parte,extra,de arbit.† Sed quæro,quid de actionib[a] mixtis reſpōdeo,aut loquimur in iudicijs vniuerſalibus,aut in particolaribus ;Primo caſu efficiē litigioſa res.& actio.Fallit in caſu l.diuus.ff.de pet.hær.Secundo caſu demū li.cōteſt.& olim,
b & hodie fiet litigioſa ipſa res,& actio,vt l.1.[b] in fi.C.cōni.diuid. nec eſt hodie immutatū per iſtam conſtitu.licèt ꝯtrium ſent.at gl.in d.l.diuus,de pet.hær.& circa hoc vide,quod notatur per
6 Doct.in d.l.1.C.communi diuid.†Quæro,diciē hic per ſimplicē conuentionē,nūquid ſit neceſſe,ꝙ detur libellus, vt fiat litigioſa.glo.tenet hic,ꝙ ſic,& ipſam tenet Azo in ſumma. C.eo.circa prin ver.idē,ꝙ dicit.Circa quod vide,ꝙ no.Doct.in d.auth.lit. & quod habes extra,vt li.pend.c.fi. & quod ibi no. in cle. Venio
7 ad ver.& hoc aūt.no.tex.circa fi.qui vult,ꝙ† qñ legaē res litigioſa,ꝙ legatarius poſſit adeſſe liti exercendæ.ne colludatur,& fiat litis particeps,vt hic dř. ſimile habes in ꝯcor. poſitis in gl.& vide,quod no. per gl.per hunc tex.in eo,qđ dicit litis participem fieri, in l.ſi ſuſpecta.in prin.ff.de inoff.teſt. Quærit gl ſuper ver.
8 conſequaē.† Pone,ꝙ hæres non vult agere, qualiter ꝯſuletur legatario? glo dicit,ꝙ legatarius eum ꝯpellat agere. & ſic no. † ex
9 hac gl.ꝙ † quis habet actionem ctra aliquem ,vt agat ꝯ alium. Idem habes in l.ſi ſic.§.1.ff.de leg.1.& in l.cū in plures.§.meſſem, ff.loc.in l.ſi tibi optio.§.fi.de opt.leg.in l.2.in fi.ff.ad l.Rhod de
10 iactu. cum fi.† Venio ad §.hoc autē.& quæro, video, quod res obligata non efficiē litigioſa:ſed nunquid tenetur ipſe debitor, qui alienat iſtam rem cauſa mutandi iudicij ? dicit gl.quod ſic, actione in factum. licèt.n. ille titulus habeat locum. antequam res fiat litigioſa,multo magis poſt.ita dicit gl.hæc ſuper ver.qui. q̄ eſt ſecunda in ordine,non tamen intelligas,qđ in caſu huius §.res ſit effecta litigioſa,vt hic dicitur in tex. Circa hanc gl.vide, quod no.ff.de ali.iu.mu.cauſa fa.l ex hoc edicto.§.1.

ADDITIONES.

a Prohibetur. Et in quibus caſibus alienari poſſit vide tu d.Alex. de Imo in l.q̄q̄ § Iul. de aqua plu arc & gl.in c.eccleſia Sanctæ Mariæ, vt lit pend.& Spec in tit. de celuto § 1.verſ. ſi autem ſic & vide tue in l damni § ſi dominus, de dam.infect & aliquid. per Fel. in c.venerabili de offi deleg in 2.
b Vt l 1. Et ibidem ad hoc vide etiam Bart.

1 *Cautio de lite proſequenda,de qua hic, quòd non ſit ſuperflua.*
2 *Cautio de lite proſequenda, an præſtetur in cauſa appellationis.*
3 *Quæ actio quæratur reo contra actorē,ex ſubſcriptione facta libello. & n.5.*
4 *Actio abſenti, quòd quæratur ex ſtipulatione officialium.*
6 *Cautio de qua in §.1. ſupra, de executo. ſupra, de lit. conteſt.quòd interponatur ante cautionem, de lite proſequenda, de qua hic.*
7 *Cautio de lite proſequenda, de qua hic, quòd non præſtatur coram arbitris.*
8 *Libellus, an poſſit per partes remitti, remiſſiue.*
9 *Libellus offertur per actorem iudici , & per iudicem reo .*
10 *Præceptum faciens ad cauſam, dicitur ſententia interlocutoria.*
11 *Verbum, dena,accipitur pro duplici decem, in pœnalibus .*

§. Ad excludendas. Iudex pulſdere dēt libellum pulſato ñ porrigi,niſi prius actor ī libello ꝑ ſe,vel tabellarios ſubſcripſerit, & actis interuenientib.,fideiuſſoriā cautionem pſtiterit de lite pſequenda, & finiēda per ſe, vel ꝑ ciuz ltimum procur. & de ſoluēdo decimā partem litis,ſi litem iniuſte mouiſſe cōtigerit; & ſi fideiuſſoriā cautionē præſtare non poterit, pſtabit iuratoriā , pœna iudici, & eius officialibus,& executoribus, ac ēt ipſi actori imminēte, ſi circa memoratā obſeruationē conuētio facta fuerit, niſi alı-
1 ter de partiū volūtate pceſſerit.h.d. vſq; ad §. oēm verò.† Opp. & vř, ꝙ illa cautio ſit ſuperflua ꝑ illā, quæ pſtatur ꝫ. de execut.ī fi.prin.Sol.veritas eſt,quod nō eſt ſuperflua,vt no. in ꝯrio & iagitur etiam hic in glo ſuper ver.decimam.& per gl.in auth.generaliter C.pe cpiſ.& cle.& ibi ꝑ Doct.in j.op.& per gl.in auth. libel C.de lit conteſt.Item opp. & vř, ꝙ illa cautio ſit ſuperflua per §.oēm verò. ꝭ.prox. Sol. licèt actor per illum §.cogatur in actione

actione perſiſtere, tñ per iſtũ §. tenetur reo ad intereſſe ſi nõ pſi-
ſtat. circa qđ vide, qđ no. Doc. C. de Epiſc. & cler. auth. generaſr, ĩ
5. opp. Tertio opp. & videſ, ꝙ iſta cautio non debeat interponi
cauſa li. ꝓſequẽ. vt l. eos. in fi. C. de ap. Azo dicit, ꝙ illa lex corri-
gitur per iſtũ §. Alij dicũt, ꝙ ibi loqtur in cauſa ap. vbi nõ præ-
ſtat, hic in cauſa principali ita dicit glo. hic ſuper ver. permane
a tet, et in d. auth. gñaliter. † Sed Doct. noſtri dicũt, ſi quætaſ, an in
cã ap. p̃ſtetur cautio de li. ꝓſequẽda, dic, aut quęris vtrũ p̃ſtetur
corã iudice a quo appella. & dic, ꝙ non, vt d. l. eos. in fi. aut q̃ris
vtrũ præſtetur coram iudice ad quẽ appellatur, & dic quod om
nes cautiones p̃ſtantur corã eo, quæ præſtantur corã iudice cau
ſæ principalis, vt ĩ hoc §. ita tenẽt Do. auth. generaliter, in 6. op
3 & in d. l. eos, ĩ fi. † Quarto dicitur hic, ꝙ actor p ſe, vel tabularios
dẽt in libello ſubſcribere, vtrũ ex hac ſcriptura oriatus aliqua
actio reo dic, vt in gl. hic ſup ver. & actis. in gl. ſuper ver. pręſtite
4 tit. † Ex quibus glo. habes, ꝙ ex ſtipulatione officialiũ quæritur
actio parti abſenti, de quo habes ſ. vt ſine ꝓhi. ma. de. & ere. §. ſi
5 vero multa, & ibi dixi. † & ex iſtis gl. potes diſtinguere, ſi queriſ
q̃ actio oriatur contra actorem: qa aut interuenit ſimplex ſcri-
ptura ſine aliqua ꝓmiſſione per ſtipu. & tunc oritur, vel officiũ
iudicis, vel cõdictio ex l. p hũc §. aut interuenit ẽt ſtip. & tũc q̃-
tiſ reo vtilis actio ex ſtipulatione, & promiſſione præſtita ipſis
executoribus p actorem, circa qđ vide, quod no. in d. auth. gña-
6 liter. † Quęrit gl. ſuper d. uerbo, decimã, q̃ cautio p̃ſtabiſ prius,
an iſta, vel illa. & rñdet. ꝙ illa q̃ eſt ſ. de exec. §. 1. ſed q̃to, an præ-
ſtabitur iſta ſtatĩ poſt illã, hic ponit odi. tu vero dic. vt no. Spec.
7 in tit. de execu §. 1. † Quæro circa fi. hui⁹ §. qđ vult dicere iſte tex.
ibi, cauſas vero, q̃ ex cõſenſu, & c. qdam dicũt, ꝙ vult dicere qđ
ſi cauſa agiſ cõſenſu partiũ corã arbitro, ꝙ iſta cautio nõ eſt p̃
ſtãda. gl. vero iſtã opi. reprobat dicẽs, ꝙ hãc cautionẽ dẽt p̃ſtare
corã arbitro, ſicut corã iudice, & iſte tex. vult dicere, qđ illa cau
tio dẽt p̃ſtari ab actore, niſi de partiũ ꝯſẽſu ſit remiſſa, ita tenet
gl. hic ſup ver. ꝯſẽſu, & ĩ auth. gñaſr. ĩ all. Circa qđ vid, qđ no. ibi
Pe. ĩ x. q. vbi vĩ tenere, ꝙ corã arbitro talis cautio nõ ſit p̃ſtãda,
idẽ tenet Spe. ĩ tit. de ſatiſd. §. 1. ver. pe. & ĩ tit. de arb. §. differt. ver.
iiẽ corã eo. de quo gl. nřa ponit opi. ff. de arb. l. 1. ſed opi. Pe. &
8 Spe. tenẽt gl. & In. de arb. c. cũ dilecti. † Vlteri⁹ gl. ĩducit hũc tex.
a qđ libell⁹ poſſit p ptes remitti, a de quo no. ĩ auth. offeraĩ. C. de li.
9 ꝯte. ſ. de exhi. re. §. ſancim⁹, & ibi plene dixi. † Scđo facit iſte tex.
ꝙ libellus dẽt offerri p actorẽ iudici, & p iudicẽ reo, put dixi in
10 d. §. ſancimus. † Tit. no. ĩ hoc †. duas gl. vna eſt ſup verbo, ĩterlo
cutionib dt, ꝙ p̃ceptum faciens ad cãm eſt interlocutorie ſnĩa.
idẽ no. Inſt. q. al. licẽt. § nũc admonẽdi, & vide qđ no. ĩ l. qualẽ, ĩ
11 fi alle. in d. gl. † Scđo no. text. cũ gl. ſuper verbo, denarum. qđ ẽt
vbi tractatur de pęnę in poſitione, verbũ, denarũ. aſſumitur pro
b duplici x. [b] & no. C. de muile. l. qui textrini, & ibi de hoc dicã.

ADDITIONES.

a Remitti. Adde d. Ale. de Imo. in l. tes publicam, de pac. & Bal. & Pet. de Su. in l. fi. in fi. C. de temp. app. & Bal. in l. fi. ad Treb. Doct. in c. de cauſis, de offic. deleg.

b Ita. Adde d. Ale. de Imo. in l. ſtipulatio illa § in ſtipulationibus, de verb. oblig. & Io. de Pot. in l. ſi quis teſtamento de leg. 3.

1 *Actor, qui actionem propoſuit, vſque in finem perſeuerare debet.*
Voluntarium quod eſt a principio, ex poſt fit neceſſarium,
2 *Delegatus quando citat primo reum, debet in citatione inſerere copiam ſuæ delegationis, aliâs reus citatus non tenetur comparere.*
3 *Lis initium ſumit a litis conteſtatione.*
4 *Iuſſio Principis emanans ſine ſcriptis, valet, & nu. 14.*
5 *Delegatus a Principe poteſt delegationem ſuam probare per teſtes, & an hoc procedat nu. 14.*
6 *Iudex ſupplet de facto pro abſente, contra quem petitur ferri ſententia, vt veritas luceſcat.*
7 *contumax in plurib. dilationib. ſi comparet, in vltima reficit omnes expenſas.*
8 *Abſens citatur trib. edictis, & quot dierũ debeat eſſe q̃libet dilatio, & nu. 11.*
9 *Lite non conteſtata, vel conteſtata, quando perueniatur ad negocij liquidationem actore, uel reo abſentibus. & nu. 11.*
10 *Correctio legum, quòd non inducatur ex identitate rationis.*
12 *Delegatus Principis, & non alij, citat per edictum.*
13 *Actio quando mutari poſſit, remiſſiue.*
15 *Reo abſente, & actore præſente, & non lite conteſtata, iudex non poteſt deuenire ad diffinitiuam.*
16 *Qua ſententia feratur per iudicem altera parte abſente.*
17 *Iudex cauſa cognita poterit iſtas dilationes abbreuiare.*
18 *Reſcriptum iudici intra annum præſentari debet, incipiendum a tempore, quo potuit iudicis copia haberi.*
19 *Reus qui ſe bis abſentat, an cadat ab actione.*
20 *Contumax in prima citatione, licèt compareat in ſecunda, tamen in expenſis condemnatur.*

§. Omnem verò. Actor, qui actionẽ in iudicio ꝓponit, aduerſario ſuo reqſito, in iudicio eã exercere ꝯpellitur, & ſi li. ꝯteſt. eã ꝓſequi diſtulerit, iudex ordinarius, & delegatus trib⁹ edictis actorẽ ad iudiciũ citare curabit, legitime oĩbus iuſtitiã ſeruaturus. lite verò nõ ꝯteſtata libello oblato, & reo reqſito actore ſuĩ præſẽtiã facere recuſante, actor tribus edictis legitime citãdus eſt, et eo nõ veniẽ-
te, & recuſante vnius anni ſpatium indolgetur, & eo non ꝯparente veritate ſubtilius requiſita, iudex ſm iuſtitiam proferat ſnĩam: actore verò ante ſnĩam comparẽte, & poſtea iterum recedente, ab omni cadat actione. l. antiqua obtinente, nondum actione propoſita, & his obtinentibus tñ in futuris cauſis. h. d.

1 † No. ꝙ ſemel actionem ꝓponens, vſq; ad finem debet pſiſtere,
vt qđ ab initio fuit voluntatis, ex poſt facto fiat neceſſariũ, vt
2 hoc §. † Scđo no. ꝙ ubi iudex delegatus citat reũ, debet ei mit-
tere copiam ſui reſcripti, nã hic eſt ordo. Primo offerunĩ pre-
ces Principi pro iudice obtinendo. Scđo impetrato iudice, of-
fertur reſcriptum iudici impetrato. deinde iudex delegatus ci
tat reum, & emittit copiã ſui reſcripti authentici. Iſta ꝓbãtur
hic in ver. hãc igitur. ibi, ſiue per p̃ces, & c. & in uerbo: ſi uerò
apud iudicẽ, & c. ibi, & ea aduerſario, & c. ſ. eo. in prin. ꝯſt. i ver.
ideoq; ſãcimus. & C. quo, & qñ iudex. auth. qui ſemel, q̃ ſumiſ
ex iſto §. & ſi reſcriptũ nõ ediſ per iudicẽ, vř ꝙ reus citatus ve-
nire nõ teneaſ, vt hoc §. & d. auth. qui ſemel, & C. de mã. Prin.
l. 1. circa qđ vide extra, de dila. c. p̃terea. & c. cum in iure peritus.
extra, de of. & pot. iu. del. Tertio no. in ver. ſi verò apud iudicẽ
3 initium, & c. † Primo litem ſumere initium per lit. conteſta.
4 Scđo no. ꝙ † iuſſio Principis ĩ ſcriptis, vel ſine ſcriptis emanãs
valet, vt hic: ibi ſine in ſcriptis. ſiue p mandata, & videſ hic tex.
5 † qđ iudex delegatus a Principe põt probare delegationẽ ſuã
p teſtes. & no text. ibi veritate ſubtilius, & c. qui tex. eſt in ver. ſi
6 verò p̃poſitus. in fine, ꝙ † qñcunq; petiſ ad ſnĩam diffinitiuã
pueniri aliquo abſente, p̃t iudex ſupplere de facto inducendo
teſtes, & ꝓbationes, pp quas veritas eluceſcat. Itẽ no. in d. auth.
q ſemel facit. C. de iu. l. ꝓperãdũ. § ſinaũt reus. & C. de app. l. am
plior ẽ. §. 1. ſm verũ intelſm. licẽt gl. dicat eſſe ſpãle in cã. ap. Cir
7 ca qđ vide Spe. In ti. de diſpu. & all. §. fi. ver. & bř. † Vltimo not.
ꝙ ꝯtumax in plurib. dilationib. ſi ꝯpareat in vltima, reficit oẽs
expẽſas factas in alijs dilationib. ĩ qb. fuit ꝯtumax, vt hic, in ver.
8 ſi verò intra p̃dictu. Opp. dř hic, in ver. ſi verò cãm ꝓſequi, & c.
a ꝙ abſñs dẽt citari tribus edictis, [a] & q̃libet dilatio dẽt eſſe 30.
dierũ, ꝯ immo debet eſſe x. dierũ, vt ff. de iud. l. per interualla. gl.
hic ſup uer. cautione, dicit, ꝙ illa lex corrigiſ per hũc §. & ita
no. in l. ꝯtia. & licẽt hic loquatur in actore abſente, tñ idẽ dicit
gl. ſm Io. eſſe in reo abſente, p rõnẽ poſitã in gl. ita ẽt no. Ioan. ĩ
d. auth. q ſemel, & ibi p Doc. in 8. & vlt. q. & p ipſos in l. ꝓperã
dũ. § ſinaũt reus. C. de iu. vel dic. ꝙ d. l. per interualla, loquiſ in
reo ꝯtumace, & cũ expreſſe nõ corrigaſ remanet incorrecta,
9 vt l. p̃cipimus. in fi. C. de app. & iſtã opi. † p dictã rõnẽ tenet Iac.
But. & qa dicit ipſe non eſt eadẽ rõ in reo, q̃ eſt in actore: nam
actore abſente puenitur ad diffinitiuã li. nõ conteſt. vel ſi eſt ꝯ-
teſtata, puenitur ad negocij liquidationẽ, & iõ dãtur maiores
dilationes, vt hic, ſed reo abſente nõ puenitur ad diffinitiuam
lit. non ꝯte. licẽt ſi eſſet ꝯteſt. nõ perueniretĩ ad negocij liqui-
dationẽ, vt ꝓbaĩ in d. § ſinaũt reus. ibi, ex vna parte cũ oĩ ſubti
10 litate, & c. & in l. ꝯſentaneũ. C. quo. & qñ iu. p̃ſuppoſito, ꝙ † ex
eadẽ rõne, & idẽtitate rõnis nõ induciſ l. correctio, vt in auth.
quas actiones. C. de ſacr. eccl. & in l. ſi verò. § de uiro. ff. ſol. mat.
11 Itẽ 10p. & vř, quod actore ẽt abſente ſtatuaĩ dilatio x. dierũ, vt
l. ꝓperãdũ. §. 1. gl. hic, & in ꝯrio, & in d. auth. q ſemel, & ĩ. c. uerſ.
ſi verò p̃poſitus, dñt, ꝙ illa lex eſt hodie correcta. dñt quidã, ꝙ
hic loquiſ qñ actore abſẽte, reus vult ꝓcedere ad liquidationẽ
negocij, vt feraĩ ſnĩa diffinitiua, ſiue lis ſit ꝯteſtata, ſiue non, &
iſto caſu daĩ dilatio 30. dierũ, vt hic, & in d. auth. q ſemel, q̃ loq
tur qñ actore abſẽte lit. ꝯt. nõ ꝓcediĩ ad liqdationẽ negocij: ſed
ſi eſt liqdũ ꝓcediſ ad diffinitiuã, ſi ñ eſt liqdũ, abſoluiſ reus ab
obſeruatione iudicij, & iõ tũc minores dilationes daniſ, & in
hoc ille §. nõ corrigiſ p iſtũ §. Iſta opi. vř ꝓcedere tenẽdo opi.
Io. q dt, ꝙ actore abſẽte poſt li. ꝯte. nõ p̃t reus ꝓcedere ad nego-
cij liqdationẽ: ſed ex primis actis dẽt iudex ſũmarie ꝓcedere,
vt no. Io. ĩ d. l. ꝓperãdũ. §. & ſiqdẽ, ĩ duab. gl. ſed tenẽdo opi. But.
q dt, ꝙ reus abſẽte actore poſt li. ꝯte. p̃t ꝓcedere ad negocij liq-
dationẽ, & ꝓbõnẽ facere, q̃ opi. vř ſẽtire gl. q̃ eſt in l. ꝓperãdũ. §.
cũ aũt. & q̃ tenẽt Doc. ĩ §. ſiqdẽ. p̃fata opi. ñ vř ꝓcedere, immo il
le § p iſtũ uř corrigi, cũ hic loquaĩ in actore abſẽte poſt li. ꝯteſ.
12 † Tertio opp. ad ver. alijs aũt oĩb. hic dř, ꝙ delegatus p̃t pedicta
citare. ꝯ. ſ. de exhi. re. § ſi uero ẽt qdã. gl. ponit duas ſol. ueritas
eſt, qđ ibi loquiſ de citatione reali, hic de uerbali, q̃ delegatus a
Principe facere pedicti poſitionẽ, ab alijs delegatus non põt,
b [b] ut C. de iu. ſãcimus, ĩ fi. & uide circa hoc ꝯriũ, qđ no. Doc. &
13 gl. in d. auth. q ſemel in 3. op. † Quarto op ad uer. ſi uerò. apud
iudicẽ initiũ, hic dř, ꝙ actor dẽt ĩ libello pſiſtere. & ſic vř, ꝙ a-
ctio mutari ñ poſſit ꝯ, C. de edẽ. l. edita gl. hic ĩ ꝯrio, & ĩ d. auth.
14 q ſemel in 10. q. ſoluit. † Quĩto op. dixi, ꝙ iudex p̃t pbare delegõ
nẽ ſuã ſine ſcriptis, & ſic iuſſio Pricip. ſine ſcriptis ualet, ꝯ C. d
man.

ADDITIONES.

a Edictis. Et quo forma fiet abſentis citatio, uide d. Alex. poſt Bar. in l. 1. § pręſide, ff. de requir. re. & Inn. in c. cum nobis olim. de elect.

b Non poteſt. Vide tu ad hoc D. Alex. de Imo. in l. pleriſque, de in ius uoc. & in l. 2. de iudic. omn. iud.

man.Prin l.j.Sol.dic,vt no.gl.17.diſt.c.nobiliſſimus.& vide,qđ
no.Spe.in ti.de iu.dele.§.ſupereſt.ver.ſed.qd ſi delegationis, &
ver.ſed nunqnid,& in ti.de ꝓb.§.videndũ.ver.ſed nunqd dele-
gati. & vide,qđ no.Inn.extra,de priui.c.j.Quæro,hic dr̃.abſen
25 te actore li.ↄ̃.an pōt veniri ad diffinitiuã ſniam,q̃ro† qd acto
re p̄ſente,& reo abſēte añ lit.ↄ̃teſ an ſit deueniri ad diffinitiuã?
gl.dt,ꝙ ſi.ſu.ver.cautione. idē no.in d.auth.q ſemel.ĩ d.nab.gl.
& ibi p Doc.in 4.q.& in l.ꝓperandũ.§. & ſi qdē.in 2.q.C.de iu.
Quæro ĩ ver. ſi verò ꝓpoſitis,&c. dr̃ in fi.lcĩmã ꝓferre ſniã,q̃ro
26 †q̃ ſnia ꝓferr̃?dñt Doc.ꝙ ſi lis ē ↄ̃t.fere diffinitiua iudicij. Iſta
ſol.eſt ↄ̃ hunc text.vt patet in ver.ſi verò apud iudicē initium.
& dic,ꝙ ſnia ferr̃ veritate ſubtilius reqſita, & ſic ferr̃ diffiniti-
ua,&c.de quo vide,qđ no.p gl.in d.auth.q ſemel, & p Doct.ibi-
dem,in 3.q.Quęro,qd vult tex.ibi:iubemus.n. poſt p̄dictas.dic,
vt in gl.ſup ver.p̄dictas.q̃ vide,& qđ no.gl.& Doc.in d.l.ꝓperã-
27 dum.§.& ſi qdē,in 5.q. & in d.auth.q ſemel.in 11.q. † Quæro,
an iudex poſſit abbreuiare iſtas dilationes?gl.ſuper d.ver.cautl.
circa fi.ponit opi.& qđ nō poſſit,approbat gl.ĩ d.auth.q ſemel.
p hunc tex.q dicit,nō minus,&c. Circa qđ vide no.ibi p Doc.
& Iac.de Are.in l.j.C.de dila & p eundem in l.2.ff.de re iud. &
vide,qđ no.Cy.in c.indultum.de re iu.li.6.ſed veritas eſt,quod
iſtud tp̄s poſſit iudex cã cognita diminuere.nō ob. iſte text. qa
eodēmodo loquitur text. in d.l.per interualla, & tñ iudex pōt
cã cognita diminuere,vt patet in l.nonnunq̃.eo ti.in fin.Quæ-
ro,dr̃ hic in ver.hãc igit̃ prauitatē,&c. per p̄ces Principi obla-
28 tas,& iudici ĩſinuatas.Quæro,† ĩtra qđ tp̄s debeat iudici reſerĩ
ptũ ſuæ delegationis p̄ſentari:dic, qđ intra annũ a tp̄e,quo po
tuit iudicis copia hr̃i, vt extra, de reſcri. c.plerũque. Quæro,dr̃
hic in ver.ſi verò intra p̄dictũ,&c.ꝙ ſi actor ſe abſentat bis, ca-
29 dit ab actione,qđ eſt † ſi reus ſe abſentat bis, an cadat a defenſio
30 ne?dic,vt not.gl.& Doct.in d.§ & ſi qdē. † Quæro.vtrum ↄ̃tu-
max in prima citatione ſi compareat in ſecũda ↄ̃demnetur in
expēſis factis ĩ prima.dices tu,hic eſt caſus,qđ ſic in ver. ſi uerò
intra,& ĩ d.auth.q ſemel.ſed certè hic loquit̃,qñ fuit citatus trĩ
bus edictis,& in oĩb.fuit ↄ̃tumax, & ↄ̃paruit in termino perē-
ptorio,videlicet ĩtra annũ,quo caſu dēt in oĩb.expēſis ↄ̃dēna-
ri,vt hic,& ĩn d.auth.q ſemel, & C.de iud.l.ſancimus.ſed quæ-
ſtio noſtra loquitur, qñ quis fuit cōtumax in prima citatione,
& poſtea ↄ̃paret in ſecunda,an debeat ↄ̃demnari in expenſis fa
a ctis in prima.[a] dic,ꝙ ſic,& ita tenēt Doc.C.de iud.l.ſancimus,ĩ
8.q Iac.de Are.tenet ↄ̃triũ.& eſt gl.ord.quę concor. cum dicto
Doct.extra, de ꝓba.c.qm̃ ↄ̃ falſam,in 5.gl.de procu. c.2.74.diſt.
Honoratus,& 24.q.1.de illicita. non habetis hic alia.

A D D I T I O.

a In prima.Vide d.Alex.de Imo.in l.1.§ is videtur.ff ſi quis ius dicen.non obtemp. vbi & per Mar.ver quæro,an ad hoc.& Bal.in d.l.ſancimus, all.in text.in.5.q. & in addit.ad Spec.in tit.de expen.ver.etiam prima,vbi etiam vide Spe.in § ſi ante. & Spec.in tit. de contu.§ ſi.ver.ſed pone.& Bar.in l.contumacia § contumax eſt. ff de re iud.

Vt neque miles, neque fœderatus, etc. Rub.

1 *Militia non eſt dignitas*
2 *Lex debet inſinuari,& inſinuata valet poſt triginta dies, ab eius inſinnatione numerandos.*

CVm domini Nemo milites,ſeu fœneratos in ꝓpria domo, vel poſſeſſio
ne retinere debet,vel occultare,vt proprijs vtilitatib.
obediãt,ſed ĩtra 30.dies ab hmōi, l. inſinuatione eos
expellere dēt,ↄ̃facientibus pœna,& iudici neglıgēti imminēte.
1 h.d.vſq; ad fi.† No.tex.ibi:ipſi verò dignitatib.& militijs,ꝙ mi-
a litia nō eſt dignitas,[a] ad idē ĩ.ti.j.ver.nã p̄ſenti.dixi ſ.de teſt. §.
2 ſancimus.† Scđo not.qđ lex valet poſt 30.dies ab eius inſinua-
tione numerãdos,de quo dic,vt dixi ſup.vt factæ no.conſt.ĩ fi.

A D D I T I O.

a Non eſt dignitas.Adde Fel.in c.clerici,de iud.ante fi. Adde, quod no.in apoſt. ad Bar. in l.1.nota 1 in addit.poſt Alex.C.de dig.lib 12.& in ver. ſit dignitas. & in addit. in l.ex eo.ff de teſta.milit.

Vt diuina iuſsiones,&c. Rub.

1 *Hæc conſtitutio an habeat locum in reſcriptis cauſarum.*
2 *Conſuetudo an ſeruetur,qđ in reſcriptis cauſarũ ſubſcriptio q̃ſtoris requiratur.*
3 *Quæſtor quis appelletur.*

NOſtræ. Diuina iuſſio debet glorioſiſſimi quæſt
ris ſubſcriptionē hēre,qua ↄ̃tineatur in-
ter quos,& ad quē iudicē,& per quã perſonam fue-
rit directa,pęna ↄ̃facientib.imminēte.h.d.In tex.ſol-
licitudo,ↄ̃cord.quod hr̃ extra,de offi.deleg.c.ſi qui offic. libr.6.
1 † Quęro,de qua iuſſione loquitur.dicit gl.ſuper ver.iuſſionē,
de priuilegio,in quo aliquid iubet,vel in fauorem ↄ̃ceditur:ſe-
cus forte eſt in ↄ̃miſſionibus cauſarum quia non requirunt q̃-
ſtoris ſubſcriptionē:ſed certè imino vr̃ hēre locũ ēt in priuato
reſcripto,qđ cauſarũ ↄ̃miſſionē ↄ̃tinet. Primo p rubricã, quæ
dicit diuinas iuſſiones requirere ſubſcriptionē. Scđo vr̃ 1 bart
in tex ibi,ↄ̃tineat inter quos & ad quē iudicē,&c.vbi vr̃ iſta cō
ſtitutio habere locũ in reſcripto ↄ̃tinente ↄ̃miſſionem cauſa-
2 rum.† An aũt de conſuetudine ſeruetur, quod in reſcripto q̃-
ſtoris,&c.vide Spe.de reſcr.exhi §.an igit̃.ver.item,ꝙ nō eſt ibi
3 ſupſcriptio.† Quæro,quis appelletur quæſtor.dic,vt in glo. hic
a ſuper ver.quæſtoris.& C.de offi.quęſto.l.j.vel dic quæſtor[a] etat,
hodie dicitur cancellarius,vt no.glo.C.de diuer.reſcr.l.fi.

A D D I T I O.

a Quæſtor. Adde quod quæſtor multipliciter dicitur, vt per glo. & Card.in clem.1. de pœnit.& remiſ.

Vt in medio litis non fiant ſacra iuſsiones,&c. Rub.

1 *Lite pendente non licèt Principi ſupplicare, niſi in quatuor caſibus, de quibus in tex.*
2 *Iuſſio Principis ſine ſcriptis valet.*
3 *Secunda ſententia Principis nullo modo retractatur.*
4 *Sententia Principis etiam in ſcriptis fertur.*
5 *Lex noua trahitur ad præterita,& pendentia,ſi hoc dicatur.*
6 *Acta debent in ſcriptis redigi.*
7 *Acta debent probari per ſcripturam,ſi copia notarij haberi potuit, aliàs verò probatio pot eſt fieri per teſtes.*

OMnia. Iudices ſacras ↄ̃ſtōnes in medio litis impe
tratas nō debent ſeruare,ſed ſm ll. genera
les examinare.& iudicare pęna ↄ̃facientib. imminē
te,his in cauſis futuris,ac etiã in pēdētib. obtinētib.
Fallit in quatuor caſib. in qbus licèt lite pendēte a Principe ſa-
1 cras iuſſiones impetrare,q̃ debēt in ſcriptis fieri.h.d.†No.ꝙ lite
pēdente nō licèt Principi ſupplicare,niſi ĩ quatuor caſibus, vt
hic,in §.1.& in §.cã autē.ĩ.eo.& c.j.vt li.pend.lib.6. & quod ibi
2 no.†Secũdo no.in ver.& propterea.quod iuſſio Principis ſine
ſcriptis emanãs valet,vt hic,& ĩ.eo.§.cã autē.ibi,& ſine ſcriptu
ra,&c.hic.n.iō nō valet,quia conceditur li.pend.patet ergo,qđ
aliàs valet.dixi ſ.de liti.§.ſi verò initiũ.Tertio no.in ver.ſi ꝙ.n.
3 circa ſi.dno.Primo,quod† ſecũda ſentētia Principis nullo mō
4 poteſt retractari.Secũdo no.†ꝙ ſentētia Principis debet in ſcri
ptis ferri,ſicut ſnĩa alterius iudicis,circa qđ vide gl.hic, q̃ ē ſup
verbo,declarationem,et Spec.in tit.de nulli.ſentētię.§.1. ver nō
5 valet.†Quarto no.ꝙ lex noua trahitur ad p̄terita, & pendentia,
& hoc iō,quia expreſſe in l.cauetur,aliàs ſecus,vt C. de leg.l. le-
a ges,[a] & ↄ̃ſtitutiones,& l.pe.in fi & in l.fi.C.de ſacr.eccle. & in c.
pe.in fi & qđ ibi no.de offi.deleg.lib.6. aliàs de ſua natura ad ſu
6 tura traheretur,vt extra, de conſti.c.2.in fi.ltē no. ꝙ acta debēt
in ſcriptis redigi,vt hic,& in c.quoniã contra falſam extra, de
7 ꝓba.dixi ſ.de iud §.audient.vbi gl.tangit.† Vltimo no. ſecũdũ
Iac.de Bel.ꝙ acta iudiciorũ debēt probari per ſcripturam.extra
de ꝓb.c.quoniam cōtra falſam.facit l.ne in arbitris.§.ſin autem.
C.de arb.circa qđ dicit ipſe, aut ab initio tabellionis copia po-
tuit haberi, & dēt fieri probatio per ſcripturam,aliàs pōt fieri
p teſtes,vt in l.quoties.§.ſi.ff.de probat.& de teſtibus.l.eurent,&
qđ no.per gl.in l quoniam.C.de hær.inſti.& in l.prętor.§. Mar
cellus.ff.de iud.& per Iac.de Are.in l.emãcipatione.C.de fide ĩ
ſtrumē.per gl.& Inn.in c.quoniã contra falſam. & quod ſentē
tia poſſit probari per teſtes,vide in c.ſicut.extra,de re iud.

A D D I T I O

a L.leges.ſit ibidem ad hoc vide Dy & Bal.in d.l ſancimus,alle.in tex & quæ per Fel in c.ſi de quæſt.& quod ibi dixi in apoſt.

Vt cum de appellatione cognoſcitur. Rub.

1 *Lex noua licèt dictum ſit, quod trahatur ad præterita,tamen non trahitur ad pendentia,ſi in cauſa principali renunciatum ſit omnibus allegationibus, & relationibus Principi factis.*
2 *Ratio quare lex noua non trahatur ad pendentia per appellationem, licèt dictum ſit,quòd trahatur ad præterita.*
3 *Lex noua,quando trahatur ad præterita,& pendentia.*
4 *Lex noua,etiam ſi dictum ſit,quòd trahatur ad pendentia,an trahatur ad pendentia,per appellationem.*
5 *Lex ſpecialis facta ſuper vna cauſa ita inſtante actore,vel reo,ꝙ non valeat.*

PEruenit Iudices appellationum ſecũdũ leges,
quæ tēpore diffinitiuæ obtinebãt,iu-
dicare debent, nō ſm eas q̃ appellatione pendente
ꝓmulgatæ ſunt; & idē.ſi lis pēdeat ſuper retractatio
ne ſnĩæ per viam ſupplicationis.Idē ēt in cã principali,ſi renũ
ciatũ eſt oĩbus allegationibus,& iudex Principi relationem fa-
cit qa iudex ſm ll.tpe relationis vigētes, non ſm ll.poſt relatio
nē promulgatas iudicare dēt,his obtinētib.ēt ſi expreſſe ſit di-
ctum,qđ l.noua ēt ad negocia p̄terita referatur.h.d.vſque ad §.
1 ſed hoc.† No. hic tex. quod etiã expreſſe ſit dictũ. qđ lex noua
ad p̄terita trahatur,nō tñ trahit̃ ad pēdētia,ſi in cã principali re
nunciatũ ſit omnibus allegatio.& relationibus factis Principi.
a †Sed q̃ro q̃ eſt rō, quod lex noua nō trahitur ad pēdentia p ap
pellatio.ēt ſi exp̄ſſe ſit dictũ,qđ ad prętcrita trahatur? dicit Iac.
de Bel.qđ ratio eſt,quia iudex app.debet ſnĩare ſnĩam iuſtã, vel
iniuſtã,ſeu cē bene iudicatũ,vel malè,vt l eos.in princ.C.de ap.
pel.ergo de neceſſitate concluditur, quod dēt iudicare ſm l q̃
erat tēpore latæ ſententiæ.aliàs ſi iudicaret ſm l.nouam, nō cẽ
ſent primi iudicis ſentētiam emendare,vel confirmare,ſed eſſet

prumul-

3 ꝓmulgare nouã ſniam. Op. dr̃ hic, quod † lex noua trahitur ad futura negocia tm̃, non ad p̃terita, etiam ſi expreſſe ſit dictũ in l. noua, ꝙ trahaẽ ad p̃terita. ꝯ dicit gl. ſuper ver. referentem, de l. pe. C. de vſur. & l. leges, & ꝯſtõnes. C. de leg. l. nõ eſt nouũ. ff. de legi. Sol. gl. dicit eſſe ſpeciale hic, vel ẽt ſm cã, dic aut q̃ris vtrũ trahatur ad cauſas p̃teritas, & pendentes, & dic qđ nõ, vt hic. aut vtrũ trahatur ad p̃terita negocia, in quib. iudicium nõ eſt inchoatũ, & dico, quod ſic, vt in ꝯtrijs, & ſic indiſtincte tenet etiã, ꝙ ſi expreſſe ſit dictum, quod trahatur ad p̃terita, non tñ trahiẽ ad negocia pendẽtia. ita dicit gl. ſed circa hoc dic, vt no. gl. ĩ c. licet canon. ſuper ver. de cętero. de elect. lib. 6. & vide, qđ no. per Arch. in c. pe. in fi. de offi. leg. eo. lib. & qđ no. Doct. in d. l. leges, & quod ibi tangitur in gl. qđ no. Spec. in tit. de appel. vide etiã circa iſtã materiam tres quęſtiones, quas diſputauit dñs Iac. de
4 Bel. & poſuit ſup hoc prin. † Sed q̃ro hic, qđ ſi cã pendet per appel. & ꝓmulgatur lex noua, & in ea expreſſe dicitur, qđ trahatur ad pendentia, nunqđ trahatur ad pendentia per appel. tex. videtur cũ gl. quod non C. de ſacroſan. eccl. l. ſancimus, nemini licere, &c. in fi. ſuper ver. pendentibus. ꝓ hoc facit bene s̃ tit. j. §. ſup hoc. Erit ergo neceſſe, quod ad hoc, vt lex noua trahaẽ ad pẽdẽtia p appel. neceſſe eſt id expreſſe dicere, ita ponit tex. ĩ c. pe. in fi. de offic. leg. in 6. p̃dicta quæ dixi, an lex, & qñ lex noua trahatur.
5 ad pẽdẽtia, intellige de l. cõmuni, & generali. ſi. n. eſſet † lex ſpecialis, quã lite pendẽte actor, vel reus a Principe impetrat, vt ſm illam negocium, quod pendet examinaretur, & decideret, tũc ſine dubio l. illa noua, & ſpecialis non valet aliquid, immo ſm ius cõmune illud negocium debet͂ decidi, vt ſup. tit. j. ͂ per totũ.

1 Dilationes probatoriæ in cauſis, quot dentur.
2 Renunciatio facta omnibus allegationibus iuris, non nocet productioni teſtiũ, ſed bene inſtrumentorum.
3 Renunciare probationibus ſibi competentibus, quòd pars poſſit.
4 Menſis legalis dicitur triginta dierum.

§. Sed hoc. Si vna pars oĩbus ſuis allegationibus renũciauerit, altera vero pars renũciare recuſet, tribus dilationib. ad malitiã ſuperãdam ei datis, iudex amplius eũ expectare non debet, immo debet ferre ſententiam legibus
1 conſonantẽ. h. d. † Opp. & vr̃, qđ nõ detur, niſi vna dilatio, vł ad plus duę, vt l. fi. ff. de ferijs. Sol. vt gl. hic, quæ eſt ſup verbo, p̃beaẽ, & in authẽt. iubemus, q̃ hinc ſumitur, & ibi per Doct. C. de iud. eodẽ modo opponitur de §. omnẽ verò. s̃. de liti. dic, ꝙ poſſet opponi ad l. vlt. ff. de fer. non aũt ad iſtam: qa hic, & ibi danẽ tres dilationes, & iſtud contrariũ ſolue, vt habes in glo. ſupradicta.
2 Quæro, † ad qđ nocet iſta renunciatio? dic quod nocet allegationibus iuris, & ꝓductioni inſtrumentorũ, non autẽ productioni teſtiũ, ita dicit glo. hic, quæ eſt ſuper verbo, renunciare.
3 Sed quæro † nunquid probationib. ſibi cõpetẽtibus partes poſ
a ſint renunciare. [a] & videtur, ꝙ ſic, qa hic vides, ꝙ vna pars ſuis allegationibus renunciauit: ergo patet, ꝙ renunciauit ſuis ꝓbationibus, quia allegationes poſſunt conſiſtere in iure, & etiã in facto, vt puta in ꝓbationibus, vt dicit glo. hic ſuper ver. allegationes, contrariũ tenet gl. pręcedens ſuper ver. renunciare. dicit enim, ꝙ hæc renunciatio nocet tãtum allegationibus iuris, & quantũ ad productionem inſtrumẽtorum, ſed teſtium productioni non. gl. vero q̃ eſt in auth. iubemus. C. de iud. quæ ſumitur ex iſto §. tenet, ꝙ iſta renunciatio ſolũ nocet allegationibus iuris, non aũt quantũ ad teſtiũ, vel inſtrumentorũ ꝓductionẽ, & ꝓ hoc, ꝙ probationibus quis renunciare nõ poſſit, habuiſtis glo. s̃. vt lite ꝓh. ua. debi. §. quia vero. ſed ꝯtriũ tenet Iac. de Are. videlicet, ꝙ teneat renunciatio, quæ ſit teſtium ꝓductioni. dixi de hoc s̃. de teſti. § qa verò ſępe, vbi gl. tenet idẽ quod hic. Non ob. glo. in d. §. qa verò quia ibi loquitur in renunciatione, quã qs facit extra iudicium, quæ non valet, vt ibi: ſed hic loquitur in renũciatione, quę fit in iudicio. Et circa iſtum §. vide, qđ no. Spec. in tit. de renun. & ꝯcluſio. vſque ad §. hic autem ſcitis.
4 † Vlt. no. tex. ibi, cõpellat intra 30. dies. & ibi, alius vnius menſis. poſtea ſequitur, ſi vſq; ad prædictos tres menſes, &c. ꝙ mẽſis legalis diciẽ eſſe triginta dierum: ſed Iac. de Bel. alleg. C. de adul. l. 3. §. fi. in contrariũ alle. C. de temp. app. l. cum anterioribus § 1. ff. de reg. iur. l. vbi lex. tu verò, quod intelligatur triginta dierũ, habes alle. tex. cũ gl. C. de iure delib. l. fi. §. ſin autem dubius. in l. miles. §. ſexaginta. ff. de adult. d. Iac. dicit. Aut tractam' de odio, aut de fauore, ſicut diſtinguitur in ſimi. in l. 3. §. minorẽ. ff. de min. tu vero dic, vbicunque lex, vel ſtatutũ facit mentionem de men-
b ſe, quot dierũ intelligatur menſis, [b] dic, vt extra, de elect. in cap. quam ſit, lib. 6. & tangitur in c. licẽt. de ſupplen. negligen. prælat.

ADDITIONES.

a Renunciare. Vide tu ad hoc plene Fel. in cap. ſi dil. genus de foro competen. poſt princ. verſic. primum corollar. cum infinitis concord. ibi per eum alleg. limita prout ibi per eum.

b Menſis. Vide tu d. Alex. de Imo. in l. cum biſſextum, de verb. ſig. vbi etiam per Bar. & ibi no. & Sal. in l. 1. C. de temp. app. & Flor. in l. ita vulneratus. ad L. Aquil. & Ang. in l. iubemus. C. de iud. & Bal. in c. 3. quo temp. mil. & Spec. in tit. de inſtru. edi. §. 2. ver. ſi poſt indictionem. vbi etiam quot idus, & quot Kalendas, & quot nonas habeat. Adde iſtum ſupra in Auth. vt fac. nouæ conſt. ver. quot autem dierum dicamus eſſe menſis, & not. poſtea in apoſt. ad ipſum, in eo ver.

1 Hodie quicquid relinquitur filio, illud habere debet titulo inſtitutionis.
2 Querela inofficioſi teſtamenti, an hodie habeat locum, remiſſiue.
3 Diſpoſitio huius §. quod hodie habeat locum in præteritione paterna.
4 Prętrire dicitur, qui de filio mentionẽ non facit inſtituẽdo, vel exhæredãdo.
5 Aſcendentes an hodie habeant legitimam iure inſtitutionis.
6 Filius licèt habeat legitimam per fideicommiſſum vniuerſale, poteſt tamen dicere teſtamentum nullum.

§. Aliud quoque. Parenti non licet liberos p̃terire, vel exhẽdare, & ſi legitimã eis reliquerit portionẽ, niſi inſtõnis iure eis reliquerit, vel niſi ingrati probenẽ, expreſſa ingratitudine in teſtõ apparente, q̃ cã ingratitudinis hic, p ordinẽ numerantur. h. d. ex iſta §. ſumitur auth. nõ licèt. C. de lib. p̃te. vel exhæredatis. † Opp. quod non ſit
1 neceſſe filio iure inſtõnis relinquere, ſđ ſufficit quoquo relicti tit. vt s̃. de triente, & ſemiſſe. §. j. & l. Papinia. § ſi qs mortis. ff. de inoff. teſt. Sol. vt in gl. ſuper ver. præterire, & idem tenet in d. §. ſi quis mortis, & idem tenet Azo in ſumma illius tit. s̃. de triẽ. & ſemiſ. per Doctores in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta. licèt gl. non firmet. Idẽ tenet Ber. in c. Raynutius, in 2. gloſſ. extra, de teſt. & eſt ratio duplex, quare debet habere filius iure inſtitut. vt
2 dixi in d. §. j. de trien. & ſemiſ. † Quæro, vtrũ hodie habeat locũ querela inoſ. teſt. Mar. dicit, ꝙ nõ, niſi inter fratres turpib. per-
a ſonis inſtitutis. [a] Io. verò, & Azo dñt ꝯ, qđ dic, vt not. in gl. hic, quæ eſt ſuper ver. noĩatim, vt Inſti. de inoff. teſt. §. fi. & tãgitur p gl. in l. fratres. C. de inoff. teſta. & hanc opi. tenent gl. & Doct. in
3 auth. ex cauſa. C. de lib. p̃ter. Quæro † vtrum iſte §. habeat locũ in præteritione facta a patre, de filio. gl. j. huius §. quæ eſt ſuper dicto ver. præterire, in prin. dicit, ꝙ nõ. ſed quod hic dr̃ de prętteritione, debet referri ad lineã fœmininam. contra tenet gl. ꝙ iſte §. locum habeat in linea paterna, vt not. in l. filio. ff. de iniu. teſt. C. de codi. l. j. ff. de manu. teſt. l. uxorẽ. in vlt. glo. ad idem, qđ no. j. eo. §. talem igiẽ, & ibi no. dictã l. filio corrigit, & dictũ §. & ſic patet, qđ habet locum in paterna, ad idem, qđ no. C. de bon. poſſ. contra tab. l. j. ff. de vſu. l. ſi extraneo. s̃. de hær. & Fal. §. exhæredatos, Inſti. de inoſ. teſt. in prin. ad idẽ oẽs gl. q̃ dñt iſtã auth. hr̃e locum in p̃teritione poſthumi, ut no. in l. ſi pater. in princ. de fideicõmiſ. lib. Circa hoc, an iſta auth. habeat locũ in p̃teritione p̃na facta de filio in poteſtate, vel emancipato, & an habeat locũ in poſthumo p̃terito, dic, vt per Doc. in d. auth. ex cã.
4 Quæro, † quid eſt p̃terire. gl. q̃ eſt C. de lib. p̃te. uel exhære. l. 3. dicit, quod præterire eſt nullã mentionem in teſtõ de filio facere, vt Inſti. de hær. ab inteſta. §. eadem. ſic ex illa gl. habes, quod ſi pr̃ filio aliquid reliqt, vel quocunq; modo mentionem faciat, non ur̃ filiũ præteriſſe, qa de eo eſt facta mentio, & ſic potius
b ur̃ exhæredatus, q̃ præteritus, [b] & iſtam opinionem tenẽt Cy. & Pet. in d. l. 3. ſed hoc nõ eſt uerum, qa poſito, ꝙ de filio fiat mẽtio, dr̃ præteritus, l. 2. ff. de leg. 3. C. de fideicommiſ. l. pen. & ideo Franc. Accur. dicit, qđ præterire eſt nullam de filio facere mentionem inſtituendo, uel exhęredando, hoc ꝓbat l. maximũ uitium. C. de lib. præt. uel exhæred. ibi, ea quã taciturnitate in inſtitutione, &c. Et ur̃ ibi text. ꝙ p̃teritus dicitur ille, de quo non ſit mentio inſtituendo, uel exhęredando cũ in teſtamento. ad idem Inſti. de hæred. quæ ab inteſtato. d. §. eadem, ibi dum dicit p̃teritus, i. neq; inſtitutus, uel exhęredatus. ꝓ hoc quod no. gl. in auth. non licet. C. de lib. præter. uel exhær. pro hoc facit iſte tex. ubi uides, ꝙ licèt filius habeat aliquid iure legati, tamen dr̃ pręteritus. Quæro, hic dr̃, ꝙ deſcendentes debent habere legiti-
5 mam iure inſti. † qđ de aſcendentibus? dicam de hoc j. eo §. &
6 hæc quidem. Vltimo no. text. hic in eo, quod dicit, uel fideic. ex quo habes, quod † nõ ſufficit, ꝙ filius habeat legitimam per fideicom. uniuerſale, ad hoc, ut non poſſit dicere teſtamentum nullum, de quo dixi ſupra, de hæred. & Falc. §. inordinatum.

ADDITIONES.

a Inſtitutis. Adde Pau. de Caſt. in conſil. 59. incip. mulier maritum.

b Præteritus. Adde, quòd præteritio cum cauſa dicitur exhæredatio, ſed ſine cauſa dicitur propriè præteritio. text. eſt in l. ꝯ arenam. C. de inoffi. teſt. & Doct. in l. filio præterito. ff. de inoff. teſta. & ſit hoc modo, filium non inſtituo, quia fecit tale quid, lic. in l. 1. in princ. ff. ſi quis a paren. fue. manu. & adde d. Alex. de Imo. auth. ex cauſa. C. de libe. præter.

1 Proteſtatio in caſu huius §. facienda eſt in ſcriptis, & quando poſſit fieri ſine ſcriptis, remiſſiue.

§. Si quis. Filij furioſi, ſi curam eius neglexerint. a patre ſanæ mentis effecto exhæredari poſſũt: extraneꝰ uerò, q denunciatione in ſcriptis facta filijs, qđ curam de patre habeant furioſo, & eis negligentib. curam, & diligentiam furioſo exhibuit, ad ſucceſſionẽ eius admittitur, teſtamẽto quo ad ſucceſſionem euacuato, quo ad alia cũcta capitula in ſua firmitate manente. h. d. uſque ad §. ſi uero. Not. quod † proteſtatio
1 debet fieri in ſcriptis, & eſt ſpeciale in hac ꝓteſtatione: aliàs regulariter poteſt fieri etiã ſine ſcriptis, ut dixi s̃. de tem. non ſo.
a pec. § conteſtationem. [a] Quærit gl. ſuper uer. neglexerint. quid ſi pater inteſtatus deceſſit, nec liberi, nec alius extraneus eum procurauit: dic, ut in gl. & ſecundam opi. tenet Iac. de Bel.

ADDITIO.

a §. conteſtationem. Et ibidem vide quæ dixi in apoſt.

Expenſa

1 *Expenſa piiſſima dicitur illa, quæ fit pro redemptione captiuorum.*
2 *Non dominus vendit rem captiui, pro redimendo ipſum.*
3 *Fideiuſſor poteſt de bonis principalis ſatisfacere creditoribus.*

§. Si vnū. Si filius patrē captiuum redimere negligat, a patre poſtea liberato, iuſte exhæredari pōt:
ſi verò in captiuitate decedat, liberi, & propinqui, aut extranei
redemptionē eius negligentes ex teſtō, & ab inteſtato eius ſuc-
ceſſione priuant, & captiui bona eccleſiæ, unde ortus eſt, appli
cantur, conuertenda in redēptionem captiuorum, teſtamento
in alijs capitulis in ſua firmitate remanente, quæ pœna in mi-
norib. 18. an. ceſſat, quib. etiam minorib. permiſſum eſt res im-
mobiles ipſius, uel ēt eius, q in captiuitate conſiſtit, pro ipſius
redēptione alienare, & obligare, neceſſitate captiuo poſtq̃ re-
dierit impoſita, tales ꝯtus ratos, & firmos habere h.d. Not. tex.
1 primo, dum dicit ex hac cā piiſſima, ꝙ† expēſa, q̃ fit pro redem
ptione captiuorum, dr̃ fieri ex cauſa piiſſima. Scdo not. quinq;
notabilia. q̃ per ordinem dic ut in glo. ſuper uer. debitis. eſt &
aliud notabile in glo. quæ incipit, non minorem, quam uide.
Tertio no. in uer in hmōi, &c. ibi, ſiue illius, qui in captiuitate
